Bdh 1.26/7

AMPLISSIMIS CONSULTISSIMIS ET MULTIFARIA

VIRTUTE ORNATISSIMIS VIRIS *D. JOHANNI WINTHROPO*, CÆTERISQUE SUMMIS RERUM NOV-ANGLICARUM ADMINISTRATORIBUS PRÆFECTISQUE DIGNISSIMIS, PERINDE AC VENERANDIS QUIBUSQUE ECCLESIARUM PRESBYTERIS SINGULARI PIETATE ET ERUDITIONE VARIA CLARISSIMIS THEOLOGIS:

Quinetiam omnibus in utrâque Angliâ Musarum pariter ac Musicolarum Mecænatibus Humanissimis,

Theses hasce Philologicas & Philosophicas, quibus, Annuente Deo, Præside Henrico Dunstero, *publicè in Collegio Harvardino propugnandis suam navabunt operam (devotissimæ observantiæ et gratitudinis ergo) artium liberalium candidati Adolescentes*

M. D. D. D.

Jonathan Mitchellus.
Nathanael Matherus.
Confortius Starr.
Johannes Beardonus.
Abrahamus Walverus.
Georgius Haddenus.

THESES PHILOLOGICÆ.

Grammaticæ.

RERUM potior, sed verborum prior est contemplatio.
Linguarum idiomata callere est Grammaticæ peritiæ colophon.
3 *Dantur solum modo quatuor orationis partes.*
4 *Accentus non variat tempus syllabæ sed tonum.*
5 *Attica dialectus inter Græcos principatum obtinet.*
6 *Puncta capta utrinque pellant scheva.*
7 *Utrumvis in verbis Hebræis tempus exprimit utrumque.*
8 *Nomina Hebræa verbi sui casum sæpè regunt.*

Rhetoricæ.

Dialectica præcipuè commendat oratorem.
2 *Non tam copiæ verborum quam ponderi studendum.*
3 *Allegoria ex homogeneis absolvi debet.*
4 *Tropos ubique infarcire vitiosum est.*
5 *Stylus sibi constans esset, licèt pro materia varius.*
6 *Poësis vividos affectus tum postulat, tum parit.*
7 *Non tam metrum quam mimesis poëtica lauream meretur.*

Logicæ.

OMnis ars est practica.
Ars Logica est in re.
3 *Species intelligibiles sunt rationes Logicæ.*
4 *Actus ad rem provenit a singulâ causâ sed non actus rei.*
5 *In efficiente per accidens effectum magis est a modo causæ quam a causa ipsa.*
6 *Finis est aptitudo ad usum non ipse usus.*
7 *Res est in loco, tempus in re.*
8 *Duplex affectio est ex essentia relatorum.*
9 *Omnia adversa sunt immediata.*
10 *Forma & materia membrorum est forma & materia integri.*
11 *Integra natura generis, est in singula specie, universa in omnibus.*
12 *Individua differunt formis.*
13 *Sola res composita potest definiri.*
14 *Omnis veritas propriè dicta, est axiomatis.*
15 *Logicus conceptus, non vox grammatica axioma conglutinat.*
16 *Distributio in species segregativè considerata est axioma disjunctum.*
17 *Nulla dispositio necessariò dat consequentiam, nisi syllogistica.*
18 *Methodus synthetica et analytica non differunt realitèr.*

THESES PHILOSOPHICÆ.

Ethicæ.

FOElicitas moralis est virtutis praxis.
Res omnes dicantur bonæ gratia bonitatis moralis.
3 *Singuli affectus possunt tum virtuti tum vitio subjici.*
4 *Actio moralis ab agentis animo præcipuè æstimanda.*
5 *Qui nescit ab agendo temperare, nescit agere.*
6 *Actiones per se malæ nulla mediocritate fiunt bonæ.*
7 *Syncera voluptas est solius virtutis comes.*
8 *Virtus in sua ratione formali non admittit excessum.*
9 *Cardinales quas vocant virtutes, virtutis affectiones sunt, non species.*
10 *Calocagathia est virtus perfecta.*
[illegible] *[illegible] ugnis non durare.*
[illegible] *Vindicta reddit inimico parem, venia potiorem.*
13 *Vera Philautia est virtus fœcunda.*
14 *Qui amicus omnibus tàm peccat, quàm qui paucis humanus.*
15 *Res prospera vitium, adversa virtutem optimè detegunt.*

Physicæ.

QUicquid oritur è principiis naturalibus cadit sub Physicam.
Nec materia nec forma per se est quanta aut qualis.
3 *Formale primum creatum fuit ex nihilo.*
4 *Forma est principium substantiale.*
5 *Forma substantialis per se non incurrit in sensus.*
6 *Resolubile in principia est corruptibile.*
7 *Motus est in mobili non in movente.*
8 *Motus non est ex essentia temporis.*
9 *Cœlum stellatum est igneum.*
10 *Elementa non sunt invicem transmutabilia.*
11 *Elementa manent formaliter in mistis.*
12 *Tonitru fit per subitam rarefactionem.*
13 *Species externis sensibus perceptibiles sunt substantiales.*
14 *Dantur plures animæ in eodem animali.*
15 *Anima rationalis non est forma hominis.*
16 *Voluntas nunqam cogitur.*

Metaph:

ENs creatum eo perfectius est quo proximius ad ens primum.
Omnis compositio essentiæ arguit imperfectionem aliquam.
3 *Nullum ens creatum est absolutè simplex.*
4 *Bonum addit enti aliquid positivum, malum nihil.*
5 *Ubi potentia passiva, ibi materia.*
6 *Essendi prior est quam substandi ratio.*

Cantabrigiæ Nov: Ang: 6. *Calen: Sextilis.* 1647.